



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI
DE
IVRE CEREMONIA
CIRCA
LEGATOS,

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
D N. F R I D E R I C
W I L H E L M O
ELECTORATVS ATQVE PROVINCIARVM BRANDI
BVRGICARVM HEREDE &c. &c.

In Illustri Academia Fridericiana
P R A E S I D E
I A C O B O B R V N N E M A N N O
IVRIVM LICENTIATO,
IN AVDITORIO MAIORI
D. Jul. MDCC.
publicæ subiicit disquisitioni

SIMON PETRVS GASSER,
COLBERGA-POMERANVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE. 1739.
Typis IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typ





Q. F. F. S.
DISSERTATIO
DE
JURE CEREMONIALI CIRCA LEGATOS.

§. I.



Vanta Ceremoniarum pompa legationes hodie concomitari soleat, illis haud ignotum esse potest, qui *Neomagensis pacis Acta publica apud Londorpium Tomo X. aliosque; aut nouissimæ Ryswicensis compositionis memorialia* perlustrarunt.

Equidem ab omni tempore, ob maiestatem, aut maiestati parem dignitatem, mittentium, mutuis id postulanti-
bus officiis ac lege humanitatis, in huius generis ciuilitatibus declarandis haud parca fuerunt omnes, per cultiorem partem orbis, Aulæ. Verum hoc demum seculo sollicitudo & cura circa Ceremonialia legationum in immensum creuit, adeo vt hodie maximam partem negotiorum facebant in splendidissimis hisce congressibus, visitationes, currus & carpenta, processiones & exceptiones ad scalarum gradus, pilei detractio, vel impositio,

fitio, honor dextræ manus, titulus excellentiæ aliaque plura, quæ quo accuratius Legatus obseruat, eo maiorem gratiam Domini sui inire solet.

Necessitas tractationis de Ceremoniis in Iure publ.

§. II. Non videntur igitur inepta illorum desideria qui optant, vt nouitium iuris pulici Caput de *Ceremoniis eorumque Iuribus* constituatur, manifesto rei toto die occurrentis vsu id exigente. Etenim nostros Doctores Iuris heic vel breuissimis, & quasi in transitu hoc Statuum Ius nominando, defungi, aliquos præterire penitus, (Limnæum indigitat) testatur & simul miratur Kulpisius in *Prefat. elegantissimi tractatus de Legat. Statuum Imp.* Antiquioribus Publicistis (vt vocant) facilius hoc condonandum forte est, quia id suo iure ignorasse videntur, hinc si reuisci illos contingeret, quid illi non stuperent ad *Ius Ceremoniale*, per quod primo vocis intuitu, forte *Mosaicum* intelligerent. Nimirum actum electionis & coronationis Imperatoriæ etiam in minutissimis v. c. in assatione bouis eiusue cornubus deauratis, descripsisse, ac insuper notasse, principes Electores seculares ab Imperatore *Deheims*, Ecclesiasticos *Nessen* appellari, descriptione Curialium & Ceremonialium egregie se defunctos esse, arbitrabantur. conf. Dn. Pauli *Princ. Iur. p. 259.*

Reprobentur libri de Legatis, ceremoniarum Ius tacite prætereuntes.

§. III. Falleretur vero insigniter, qui hunc defectum Publicistarum emendari posse speraret ex illis Auctoribus, qui *legatum legatique officium*, integris iisque non spernendæ molis libris prosequi voluerunt. Noti sunt Hermanni Kirchneri *Morullerius* siue *de perfecto Legato*, Friderici de Marselaer, Caroli Paschalii & multorum aliorum libri de Legato & eius virtutibus. Verum quomodo in delicata Ceremoniarum materia legatus se gerere debeat, ne quicquam de summa sui Principis dignitate

te temere perdat, altum apud istos Autores silentium deprehenditur. Hinc prudenter iudicat non nemo, quod veterum scripta de legatis in quibus multum de *castitate, continentia, corporis forma, felicitate* &c. parum vero de *admissionum ceremoniis* proponitur, magis ad *piclos*, quam *viuos* legatos pertineant. Causam huius silentii non finxisse sed inuenisse videtur sagacissimus Fürstenerius de *Suprematu* & *Iur. legat. Princ. p. 37.* Illi qui ad scribendum, inquit, animum appellunt, plerumque miserabili ingeniorum morbo non nisi vetera crepant, quorum nostris temporibus vix apparent vestigia, recentium incuriosi: de quibusdam iurisperitis vulgaribus hoc non miror; illis enim omnis sapientia in vno Romani iuris corpore conclusa videtur; experientia autem rerum humanarum, si quam habent, forensis auditorii cancellos non egreditur. Vnde nonnunquam de publico & Gentium iure misera sunt eorum iudicia. Sed illud semper miratus sum, illustres dignitate & rebus gestis & eruditione viros, cum ad scribendum accedere, maluisse eruditionis suæ documenta dare, quam experientiæ atque iudicii. Nam quæ paululum a Romanis græcisque formulis abeunt, ea vix nominare audent; videas documenta & præcepta tradi, non alia quam quæ alicuius poetæ aut Oratoris autoritate firmari possint, & exempla adhiberi ex sola veteri historia anquisita; quæ res facit, vt libri eiusmodi a viris pragmaticis, (quicumque nondum iuvenes, hoc veluti gustu antiquitatis imbuti sunt) velut inutilis aut certe steriles spernantur. &c. Verissimum hunc suum discursum laudatus vir comprobatur adducto Pafchalii libello de Legato. Hunc magni Regis legatione apud Rhætos defunctum constat. Nihilominus præter

Romanorum & Græcorum historias, parum lucis in illis quæ in ipsis rerum argumentis obtinent, hauriri posse ex hoc auctore, facile mecum confitebitur, qui hunc in finem eum perlustrare dignabitur.

*Ceremonia-
rum status
Germania
rite pacem
snabrugem-
sem.*

§. IV. Interim fateri & illud oportet, quod scilicet eo tempore, cum isti scriptores inclaruerunt, Ceremoniarum apparatus nondum accuratis regulis inclusus, multo minus ad illud fastigium punctualitatis, ut ita dicam, perductus, sed quasi fluctuans deprehensus fuerit. Prima enim cura ac sollicitudo exactior circa ceremonias legatorum, Italis & Gallis merito adscribenda venit. Italia enim tanquam Magistra ceremoniarum & in specie Curia Romana, tantum ad isthanc rem appetitum demonstravit, ut Romæ etiam totum Collegium (Italis *congregatione de Rissi*) ordinatum sit, cuius Præses vnus est ex purpurato Cardinalium ordine, quæ congregatio solum in circumspectendis Ceremoniis laborat. conf. celeberrimi cuiusdam Autoris *Directorium Aulicum p. 5.* Galli vero qui ciuilitatis doctores audiri cupiunt, iam a longo tempore in Aulis suis delectati sunt *Ceremoniarum Magistris*, quæ ingens ibi dignitas est. Nam non solum præsto legatos ad Lupari fores deducit in Aulam, sed & in actibus solennioribus ipsum Regem Principesque informat. *Director. aulic. ibid.* Ast in nostram Germaniam & Aulas septentrionales pompâ hæc ceremoniarum serius penetrauit, siue quod ante hac Principes raro eiusmodi commercia alerent cum exteris, siue quod antiqui moris amantissimi essent. Hinc ingenue fatetur Fürstenerius in laudato libro, quod ante triginta annos præter propter,) plerarumque Aularum Confiliarii nesciuerint differentiam inter Legatum cum caracte-

raftere & ablegatum extraordinarium (Enuoyé) inde etiam prouenit, quod in nonnullis memorialibus libellis legatorum non sine admiratione legamus, Regem Daniæ aut Electorem aliquem Imperii, extero Ablegato alicuius Regis honoratiorem locum in mensa concessisse. Optandum vero fuisset, vt aliquantisper cautius illa nostri Principes obseruassent, sic enim de possessione tot lites ipsis moueri nunc haud potuissent. Prudentes & curiosi hac in re fuere Itali, legatos mittebant ad Germanos cum charactere, cum hi istas, vt credebant, minutias negligenter. Ferdinandi Magni Hetruriæ Ducis legati Coloredus & Daniel Eremita 1609. ad Principes potiores Germaniæ missi nil aliud intenderunt, quam vt Duci antea insolitum *Serenissimi* titulum vna cum reliquis curialibus vindicarent. Patent hæc omnia ex Danielis Eremitæ itinerario, cuius partem exhibet Furstenerius p. 276. integrum vero aliquando legi manuscriptum.

§. V. Ast cum celeberrima illa pax Osnabrugo-Monasteriensis celebraretur Germani euigilasse videbantur. Videbant enim ibi quasi aperiri scholam ceremoniarum ab exteris Legatis ex tota fere Europa confluentibus. Inde primum Electores Venetorum exemplo incitati, & suis legatis Excellentiæ titulum asserebant, tandem & impetrabant. Res magis ac magis excolli cœpta ac Neomagi tandem in maius aucta. Ex eo tempore prodierunt decora ingenia ius hoc nitore suo restituentia ac Germanis idoneis rationibus ex solidiori politico & Iure Gentium vindicantia. Inter omnes vt inter stellas Luna minores, elucent Abrahami de Wicquefort *Memoires touchant les Ambassadeurs & les Mi-*

Ministres publics, nouis tamen exemplis merito nunc illustrandi. Nec minoris elegantiae ac industriae opus est, quod prodibat eo tempore, cum negotia pacis Neomagi in summo feruore peragebantur. Mascula & ad genium seculi accommodata eloquentia Autor ille (qui se Cæsarinum Fürstenerium appellauit & creditur Confiliarius ex Aula H.) ostendere annixus est, Principibus etiam competere ius mittendi plures legatos cum caractere, & iisdem honoribus illos afficiendos. Verum quia isthoc libello præminentiae Electorum aliquid detraxit, non solum *Nota & Discursus* non inepti euulgati sunt aduersus ipsum; sed ipse Autor, siquidem nunc ipsi scribendum esset, citra dubium Churfürstnerii nomen & vna cum nomine, alias hypotheses assumpturus esset. Sigillatim vero elegantis ingenii specimen est, quod pro Sereniss. ac Potentiss. Electoris Brandenburgici iure mittendi plures æquali potestate legatos editum hoc titulo: *Denouement de la question, qu'il y a touchant le ceremoniel entre les Ambassadeurs de France & ceux de Brandebourg, qui se trouvent presentement au Traitté de paix a Nimuegen.* Omnium denique Principum Germaniae controuersia primum dissertatione; post vero pleniori manu, integre tractatu, iudiciose persecutus est Celeb. Dn. Kulpis *Lib. de Legat. Stat. Imper.*

*Iudicium de
scriptoribus
iuris Lega-
tionum &
ceremonia-
rum.*

§. VI. Vti vero generalis, & prudentum calculo comprobata regula est: vt ad iudicandum de scriptore Iuris publici, ipsius statum, & sub quo domino scripserit, exploremus; ita in specie hoc valet de scriptoribus huius argumenti, sæpius affectu non minus quam rationibus circummagi solitis. Equidem Fürstenerius Lectori suo persuadere cupit, ac si extra partium studium positus, nil a

euer

euentu istius rei ipsi expectandum esset, hinc & veretur, ne frigidior existeret ipsius oratio, *quia, sic pergit, affectus quos volumus in aliis, non tam exquisitis argumentis quam viuida ipsorummet affectuum pictura excitamus, quos nemo facilius exprimit, quam qui sentit.* At argumentum rei in qua versatus, & *suprematus* foetus ab ipso in lucem protractus, aliaque multa non sinunt dubitare, si vnquam quaestionem, certe hanc de ceremoniis legationum earumque iuribus, mascula quidem eloquentia ad temporum nostrorum genium praestantissime accommodata; non tamen sine studio partium principalium contra Collegii Electoralis praeminentias fuisse ab eo ventilatam.

§. VII. Nullo vero negotio inde coniiicere licet, delicatas non minus esse controuersias ceremoniales circa Legationes occurrentes; quam amplas & diffusas, si in tota sua latitudine spectentur. Verum nobis animus est, praetermissis Regum Principum ac exterarum Rerum publicarum legationibus, nos intra fines Germaniae continere, hinc illa quae propius ad nostrum ius publicum in hoc argumento spectant consideraturi sumus. Dubus potissimum capitibus discursus iste finietur; vno, quae ceremoniae obleruentur, si legatus ab vno Principe ad alterum mittatur tanquam istius Reipubl. membrum, altero; si Principes Germaniae extra istius fines ad Reges & Respublicas legatos mittant.

§. VIII. Quia vero *legati* vocabulum multis ambiguitatibus subiectum est, hinc ne in limine impingamus, istam vocem enucleabimus, non quasi circa inania verborum haerere, ac frigidum Critices studium in hac re ostentare velimus; sed potius vt vocabula po-

litices, quæ ex usu rerum præsentium, vti nummi, valent, eo melius percipiamus. Scilicet subtiles *Legati, Ablegati, Deputati, Residentis* distinctiones antea fere incognitas, aut non ita exacte observatas, summa Gallorum & Italorum in hisce ceremoniis vigilantia produxit. *conf. supra §. 4.* Ex horum igitur stylo in ipsis rerum argumentis obtinente, Legatus (Ambassadeur) est qui mittitur a Principe non recognoscente superiorem cum charactere repræsentatio. *Wicquefort. p. 4.* Maxima istius personæ dignitas & splendor est, quia personam Domini repræsentant, i. e. eo in loco collocandi quo Domini si adessent, & illis honoribus afficiendi sunt, qui Domino haberentur si præsens esset. Hinc Character repræsentatio est ius fruendi iisdem honoribus, quibus fruere-
 retur is qui repræsentatur. *Furstener. de suprem. p. 26.* An igitur cum vel sine charactere mittatur, perspicitur *ex literis credentialibus.* Quod si in his nulla repræsentationis mentio fiat, non legatus (Ambassadeur) est; sed *Ablegatus* seu *Envoye*, qui adiectio honore differt a Legato. Ambo vero vel *ordinarii* vel *Extraordinarii* sunt. Extraordinarius Ambasiator (si ita loqui cum Curiis liceat) non differt specie dignitatis ab ordinario Ambasiatore; quamvis ut plurimum extraordinarius qui superuenit, soleat ordinario præferri, licet vnius Domini ministri sint, vno eodemque insigniti charactere. Ceterum inter Ablegatum *ordinarium* & *extraordinarium* illa differentia videtur esse, quæ est inter Residentem h. e. Ablegatum *ordinarium*; & *Extraordinarium* (*Envoyé Extraordinaire.*) *Plenipotentarii* vero nomen *potestatis* est, non *dignitatis*, vti multi sibi persuadent, cum quilibet *Resident* plenipotentarius esse possit, si mandatum tractandi li-
 ber

berrimum habeat, neque propterea legato characterem habenti æquiparatur. *Deputati* autem vocantur Ministri ab illis missi qui vnum constituunt corpus. Ita pagi Heluetiorum (cantons) deputatos solent mittere ad Conuentum Badensem. Prouinciæ fœderatæ Hagam Comitum. Inferior Residente multum est ille qui communiter vocatur *Agent*, quippe quem multi inter ministros publicos ne connumerant quidem, quia literas credentiales nullas fert, sed ad summum commendatitias. *Consules* Mercatorum vero vt & *Commissarios* vt hic attingamus, vix operæ pretium videtur, cum differentia satis nota sit; quippe illi Ministri societatis mercatoriae, vid. *Interesse Holland. c. 10.* hi Ministri publici iurisdictionem eius a quo missi non egredientes. Sic Imperator ad Comitum mittit Commissarios quando ipse iis interesse non potest. Furstener. l. c.

§. IX. Qua distinctione Legatorum obseruata, progrediendum nunc esset ad ipsas controuersias Ceremoniales, quæ Principibus nostris motæ sunt ab exteris Coronis & Rebus publicis. Verum quia magna inæqualitas circa valorem Legatorum deprehenditur, placet paulo fusius in indolem harum Ceremoniarum inquirere. Scilicet vt Princeps vel Respublica legatis honorem exhibeat, requirit officium humanitatis & lex amicitiae, supponens mutuam indigentiam generis humani, eosque ad mutua officia, quæ alias iure stricto postulari non poterant, sponte exhibenda, disponens, vt videlicet alter mihi similia non deneget. Optime exinde deriuari potest honor qui exhibetur Principi Legato, vt ille ad paria facienda iterum non solum disponatur, sed quasi compellatur. Verum cum inter homines frigeat amicitia & humanitas, neque ignem amoris mutua beneficia

excitare soleant, sed communiter simulacrum eminentiæ amoris excitet metus, & correspondens huic in altero potentia, non mirandum, quod etiam iste valor & Cere-
 moniæ legatis exhibitæ maxime augeantur, si proueniant a Principe potente, & deminuantur, si proueniant ab eo, qui parum potens est, aut cuius opera non valde indige-
 mus. Hoc Gallorum exemplum comprobatur abunde. Cum ultimo bello Gallico Legatus Regis Lusitani Lutetiæ curru tribus equorum bigis tracto vteretur, Nouellæ eo tem-
 pore vt insolitum hoc referebant, ratione tamen simul addita, quod Rex Galliæ insolitum istum morem ferat aut dissimulet, quia opus habeat amicitia Lusitanorum conf. Excel. Dn. Thomaf. *Diff. de iniust. oppos. Reserv. Imp. & super. stat. §. 17.* Recentius testimonium nobis suppeditat porta Ottomannica olim tumida, nec semper legatos dignis eorum charactere ceremoniis ac honoribus excipiens. Nihilominus Nouellæ ex Vrbe Constantinopolitana remissam Turcarum ambitionem vno ore confirmant, nullæ dubitantes, quin Gallicus Legatus *M. de Feroles*, non obstantibus legibus Turcarum hætenus sancte ab iis obseruatis, scopum suum sit obtenturus. Vnde Turcarum imbecillitas, & quod cum prostratis viribus nupero bello Hungarico, simul tumor ipsorum profligatus sit, satis elucescit.

Ratio quare Reges in ceremoniis aliorum legatis exhibendis parci sint

§. X. Accedit porro, quod Reges Principibus de industria hunc honorem denegent, aut frustulatum concedant, quia, si ipsorum ope indigeant, hac liberalitate circa honorificentio-
 rem receptionem legatorum ipsis non magna constante, eo magis sibi devincire possint. *Les plus habilles princes ont été fort prodigues de Civilité quand elles leur ont été utiles & il n'y-a point de liberali-*

té qui incommode moins & qui acquiere plus de amys, inquit prudenter Autor der Quæstion, ob Reichs - Fürsten befugt Ambassadeurs zuschicken. ap. Cassandr. Thucel. in Elect. Iur. Publ. p. 307. Ceterum illud etiam satis apparet, illos sibi maxime ex Principibus consuluisse, qui iam longo tempore, vbi ceremoniæ legationum aut nondum certis regulis inclusæ, sed quasi fluctuantes non adeo accurate obseruabantur, possessionem harum Ceremoniarum, vel vi, vel clam, vel precario adepti sunt. Eum in finem fatebantur Galli & Angli Neomagi, quod in rebus Ceremonialibus neque ratio, neque potentia, neque dignitas, sed sola possessio sufficiat. ap. Thucel. c. l. Cauti hac in re Principes Italiæ ea iura acquisuerunt, quæ merito mirantur Principes nostri, magnitudine, antiquitate, rebus bello paceque gestis alias iis immensum superiores. vid. delibata Iur. Publ. §. 7.

§. XI. Ordo nunc postulat vt sigillatim Aulas exteras perlustremus, obseruaturi quibus Ceremoniis Principum Germaniæ legati ibi excipiantur. Per Principes vero indigitatum eo inuictissimum Imperatorem tanquam caput S. R. Imperii, tum Sereniss. potentiss. Electores, denique Sereniss. Principes reliquos Statuum Imperii nomine venientes ac votum & sessionem in Comitibus habentes. Equidem quod attinet ad Imperatorem, ille fruitur, nullo contradicente exterorum Regum, illa dignitate & honore in legatis suam personam representantibus, qui ipsi debetur tanquam primario membro Christiani orbis. Ergo de Electoribus simus solliciti quid iuris sit, si ipsis placeat legatos cum caractere mittere. Fuerunt vero Sereniss. Electores ab immemoriali tempore in possessione Legatos cum pleno cha-

raetere mittendi. Hoc vt ad oculum pateat, potiffimarum Europæ Aularum exempla in medium adducamus, quæ Legatos Electorales splendore regiis legatis alias exhiberi solito exceperunt. Ipse Imperator suis legatis Neomagi iniunxit, vt Electorales iisdem, quibus Regios legatos, ceremoniis ac honore profequerentur. Cum enim Galli, Sueci vtpote hostes Electoris Brand. eo tempore, Somnium quidem, sed nomine eius Collegam Blaspielim pro legato cum charactere agnoscere vellent, & Angli Mediatores illorum vestigiis infisterent; Legati hi Brandenburgici non solum acriter semet opposuerunt; sed & Elector vetabat suos vllum temperamentum admittere, addita ratione; *quod per hoc quicquid a Cæsare tanto labore obtentum fuerat, iterum sit subuertendum, ægre deinceps reparandum.* vid. Baro a Pufendorf. *in reb. gest. Frideric. Wilhel. El. Brand. Lib. XV. §. 31. seq.* Angli Berclaius & Jenkinus Legati Mediatores, etiam Neomagi Suecorum & Gallorum iniquas præsentiones fouebant contra Brandenburgicos; ast Londini Legatus Brandenburgicus Dn. de Swerin Regi exemplum Cæsaris pari honore eos maetantis ingerebat. Tandem vero Rex Carolus II. meliora monitus decreuit vtrumque Electoris legatum pari modo tractare. Dn. Pufend. *all. lib. 32.*

Legati Brandenburgici cum charactere Regiis parificati.

§. XII. Ex eo tempore Legati Brandenburgici in possessione Tituli *excellentiæ, visitationis* & aliarum curialium Regis exhiberi solitarum permanserunt. Neque his Ceremoniis maetati, si vnicus legatus adesset, sed etiam si duo aut tres, vti Neomagi duo fuere: Ambo vero titulo *excellentiæ*, digniore loco in domo, a Comite Kinskio & Episcopo Gurcensi, legatis Cæsareis, tum & Anglis, Danis, Hollandis excepti. D. Pufendorf. *Hist. Branden-*

den-

denb. l. XV. §. 33. Memorialia vero Brandenburgicorum Legatorum in hac causa plene exhibentur a Londorpio, *Tom. X. Actor. Publicor. Lib. XI. ad An. 1679.* Possent vero multis exemplis hoc confirmari contra illos, qui de hac re nescio quas dubitationes fouent. Breuitatis gratia tamen lubet pauca exempla Brandenburgica in medium afferre, initio facto a Regno Angliæ. Angli eo minus causæ habebant Neomagi debitum honorem legato Electorali secundo Dn. Blaspieli denegandi, cum iam antea Ioanni Mauritio Nassouio Principi, & Danieli Weimanno Legatis Brandenburgicis 1661. in Angliam, plenum honorem citra magnos scrupulos exhibuissent. Primum enim a Magistro officiorum, Tribuno militum ac Nobili Comitante, cymbis Regiis Grauesanda ad turrim Londinensem deducti. Ibi Bellasius Comes & Vice-Præfectus turris viginti curribus prosequentibus, inter quos & Hispani & Belgarum Legatorum currus erant &c. cum ad Regem Carolum II. deducerentur, Nassouio Principe verba faciente, Rex vt Legati caput tegerent iussit, quod & vterque fecit. Dn. de Pufendorf, *Hist. Brandenb. Lib. IX. §. 23.* Vnde porro concludi potest, quod Legatus v. c. Electoris Brandenburgici missus cum Characterẽ repræsentatio, Ablegato Anglico extraordinario (Extraordinair Envoyé) nullatenus loco cedere teneatur, si forte in Aula tertia concurrant. Si vero Legatus Electoralis serius aduenerit, ipsum Legatus Anglicus primum visitare obstrictus est, vti etiam contigit Neomagi 1677. nec solum ab Anglis, sed & reliquis qui antea aduenerant.

§. XIII. Gallia quamuis Ciuitatum Magistra appellari gestiat, nihilominus Legatis Electoralibus ratione
Cere-leg

*Horales Re-
riis pares
habeantur.*

Ceremoniarum multa denegavit. Equidem Rex Galliarum *fratris* titulo Electores, & in specie primo loco Sereniss. Elect. Brandenb. FRIDERICVM WILHELMVM gloriosissimæ memoriæ honoravit, quamvis Comes de Brienne acriter reclamaret. conf. Wicquefort, Ambassadeur p. 51. ast vicissim Maiestatis titulum sibi stipulatus est. Furstener. *de supremat. p. 160.* Equidem stylo Germaniæ non erat fas titulum Maiestatis tribuere extero Regi, Imperatore excepto, hinc Regibus duntaxat *Regiæ dignitatis titulus* dabatur, quod quidem ab initio ægre ferebat Gustavus Adolphus, Sweciæ Alexander, sed postea edoctus de hac consuetudine, acquievit. vid. eleg. Diss. Dn. Köhn *de Statu Elect. Imp. §. 26.* Interim in eo Galliæ Rex grauis est Electoribus, quod non velit concedere, vt Legati Electorales cum caractere missi coram Rege se tegant. Verum quam ab omni ratione alienum hoc Gallorum institutum sit, quilibet videt qui considerat, quod & Imperator legatos Electorales caractere vestitos caput tegere permittat. Imo fastuosa hac in parte Gallia patitur, vt Ambasiatores Florentini, Sabaudici, Mantuani, Lotaringici, Magni Magistri Melitensis, se coram Rege tegant, qui omnes Principes tamen Pontificii vasalli ex parte, aut ad minimum suprematu, potentia & antiquitate, cum Electore Brandenburgico, Bauariæ aut Saxonix nullatenus merentur comparari. Igitur ob hunc Gallorum fastum nulla ratione nixum, solent Electores duntaxat in Galliam mittere Ablegatos extraordinarios (*Ministres von andern Rang.*) Quodsi vero Galli semet accommodarent, Electoralis Ambasiator non posset aliis cerimoniais recipi, quam Regis exhibere consueuerunt Galli. Primum enim

enim concedendus esset sollemnis introitus, ad quem splendidiorum faciendum Regis & Reginae, Delphini, Ducis Aurelianensis & reliquorum Principum consanguinitate Regem attingentium, ut & Ducum & Parium Franciæ currus præmitti ad quadrantem miliaris deberent. Præterea ille per Mareschallum Franciæ aut saltem Comitem introducendus in urbem, & hospitium consuetum ipsi assignandum foret. Conuiuio regis sumptibus tribus diebus excipiendus, dehinc ad conspectum Regis ab illustri persona ducendus militibus prætorianis plenis armis comparentibus, coram Rege sese tegere deberet. Hinc Regis Fratri Duci Aurelianensi in loco tertio dignior locus non esset concedendus. *Ablegati Brandenburgici* vero (Envoyes Extraordinaires) quo ad Cerimonias Regis semper parificati sunt, uti hoc patet exemplo Lib. Baronis a Blumenthal 1660. Bar. de Pölnitz, Dn. de Meinders Ao. 1668. hac qualitate missi conf. Pufend. *Histor. Brand. ad h. ann.*

§. XIV. Hispania quidem & in specie aula Madritana remotior videtur, quam ut multum commercii Electoribus intercedere possit cum illa. Nihilominus si Ambasiatores mitterentur ad Hispanum a quodam Electore, ille Ceremoniis Regis legatis exhiberi solitis mandandus, quæ consistunt in eo, ut Legatus comitatum suum præmittat in urbem, & ante portam eum excipiat vnus ex præcipuis aulicis. In conspectum Regis ducuntur ab ordinario Introductore Legatorum cui assistit Maior Domus, in curru Regem vehere solito. Secunda inclinatione corporis a Legato facta Rex caput denudat, & cum Legatus se tertium inclinavit, nudum caput operit. Quæ omnia ex Memorialibus Legatorum libellis fusius patent. Obseruandum vero est, quod nullus

ordinarius Ambasiator Madriti soleat *solemnem introitum* celebrare, sed hic honor extraordinariis tantum contingit modo a nobis indicato. Ceterum si Electorum quis ad Hispanicum Governatorem v. c. Mediolanensem aut vice-Regem aliquem Alegantum extraordinarium mitteret, (quod Brandenburgicum Electorem aliquoties factitasse clarum est exemplo Blaspielii 1675.) ille curru Governatoris a Capiteo militum prætorianorum ducitur, a Governatore in loco extra audientiam (anti-Camera) ipse excipitur & postea sella ipsi repræsentatur. Denique si in loco tertio concurrant Legati Electorales & Hispanici, hi eundem honorem quem Regiis, titulum Excellentie, primam visitationem, si recens Electorales aduenerunt, dextram manum in domo, aliaque debent. Neque Hispani quam difficiles alias & scrupulosi in hisce ceremoniis sint, hoc denegare ausi sunt, dum Baro de Watteuille Hispanicus Legatus Nassouio Principi & Weimanno Electoralibus Londini 1666, & Neomagi 1677. Marchio de los Balbazos & Dn. Ronquillus eundem honorem Electoralibus exhibuerunt. conf. Puffend. *Hist. Frid. Wilh. ad h. an.*

*Ceremonia
Aularum septentrionis
circa legatos
Electorales.*

§. XV. Circa Aulas septentrionales, Suecicam, Danicam & denique Polonicam, nulla hac in re difficultas luperesse videtur. *Certum est, inquit Furstener. p. 164. in Batavis & apud Septentrionis Reges Legatos Electorales æquum cum aliis a Rege aut a republica vel principe libero missis iure uti.* Confirmare hoc placet paucis & selectioribus exemplis. Quamvis Hafniæ olim moris esset, Electorales paulo minoribus Ceremoniis quam Regios excipere; Nihilominus efficiebat 1683. Dn. Meindersius Minister Brandenb. vt iisdem Ceremoniis, quibus breui ante ipsum

psum Wellingus Minister Suecus fruebatur, recipere-
 tur. Sic quod attinet Suecos, Coloniae ad Spream 1684.
 cum Alegato extraordinario Suecico Dn. de Grafen-
 thal pactum cum circa titulos, tum & receptionem lega-
 torum initum, vbi Elector Regi promisit, vt eius legatos
 cum caractere repræsentatio iisdem Ceremoniis exci-
 pere vellet quæ aliis regiis exhibentur; vicissim se obstrin-
 xit Rex Legatos & Alegatos Electorales æquali honore
 qui regiis præstatur tractandi. Ceterum in solenni illa
 conclusione pacis Sueco - Polonicae Oliuæ facta 1660. Le-
 gati Electorales Brandenburgici Regum legatis parifica-
 ti sunt. Hoc enim & alia exempla merito adducebant
 Brandenburgici Neomagi, cum ipsis controuersia mo-
 uerentur ab Anglis & Gallis Suecisque de titulo *Excellen-
 tia* legato secundo non tribuendo. vid. Memoriale Legat.
 Brandenb. apud Londorp. *Actor. publ. tom. X. lib. XI.
 p. 540.*

§. XVI. Postquam perlustrauimus Aulas potiores ^{Ce} ^{Mu} ^{Bo} ^{ra}
 Regum, tandem ad Curiam Romanam pedem profer-
 re placet. Equidem hoc rerum statu vix videtur casus
 dabilis, vt Electores Protestantes legatum cum vel sine
 caractere Romam sint missuri. Interim tamen legati
 Electorum in loco tertio possunt conuenire cum Nuntio
 Apostolico. Neomagum veniebat Aloysius Beuilaqua
 patriarcha Alexandrinus Nuntii officio functurus. Cæ-
 sarei ac Hispanici legati cupiebant, vt ipsum recens adue-
 nientem visitarent Brandenburgici. Elector desuper
 consultus respondebat, si Nuntius parem iis honorem
 in visitatione exhibere cuperet, quem exhibeat Cæsareis
 & regiis, visitandum esse. confer pulchras rationes Ele-
 ctoris apud Pufendorf. *Hist. Erider. Wilhelmi Lib. XV. §. 39.*

Certum igitur est, Papam a Protestantibus considerandum ad minimum esse ut potentem & maximæ dignationis Principem in Italia. Animadvertit hoc Nuntius, quod nullo alio titulo Neomagi commode negotiari posset. hinc professus est publice, se non ut personam Ecclesiasticam, sed uti *Principis Itali* Ministrum huc venisse, quibusdam bellantium super pace nonnulla propositurum; porro quando de Pontifice mentio incidebat, eum nunquam *Papam aut suam Sanctitatem*, sed tantum *meum Principem* vocitabat, insuper declarabat, reliquis se legatis Protestantibus de adventu suo indicaturum, si norit, humaniter id acceptum iri, ac se ab iis invisendum. Pufendorf. *all. loc.* Igitur intuitu protestantium summum locum ex vice-Deatu hætenus vindicatum Papa prætereundum, ne concurrat in aula Regis pontificii cum Nuntio; quia alias ipsi citra dubium cedere necessum haberet, quod tamen Elector, tanquam Principi Italiæ considerato nullo modo concessurus sit.

*Ceremonial-
lectoralium
legatorum a-
pud Moscos
& alios.*

§. XVII. Super sunt adhuc inter Capita Coronis circumscripta aut iis pro æqualibus se gerentia *Moscus, Chamus Tartaricus, & Maroccæ ac Fessæ* siue Rex siue Princeps. Equidem quod duos posteriores attinet, rara erunt exempla, quod Legatos miserint ad Electores: rarissima, quod Electores suos remiserint ad illos. Interim tamen Friderici Wilhelmi rebus gestis & magnitudine permoti Tartari & Maroccani, legatos Berolinum miserunt, sed quia quantum constat, Electori nullum legatum hætenus in Tartariam mittere placuit, haud dubie quia parum solidæ amicitiae ex barbara terra speratur, hinc cessant ceremoniæ in hac legatione observandæ. De Mosco vero amplioris utilita-

tis

tis disquisitio est. Constat enim quod Magnus Dux Cæsar appellari gestiatur & eum in finem nomen *Zaar*, sua lingua idem significans, retineat. Quicquid vero de illa re sit, tanquam latissimarum terrarum dominatori regii honores non videntur denegandi. Vicissim magnus Dux Electoris legatis parem aliis regibus exhiberi solitum honorem debet. Accommodavit etiam semet licet initio præterrationem scrupulosus, cum Baro Eulenburgicus a Sereniss. Electore Brandenb. ad eum ablegaretur. Instructiones circa ceremonias & alia exhibet Pufendorf. *sæpe laudata Histor. lib. VI. §. 31.* Neque est dubium in recentissimis legationibus Brandenburgicis multa comitatis & benevolentiae singularis exempla fuisse superaddita, quando quidem tanta potentissimi hodierni Zari in Electorem est benevolentia, ut ipse eundem visitare, inaudito hæctenus exemplo, nullus dubitaverit.

§. XVIII. Reges excipiunt Republicæ quippe ad quos ab Electoribus frequentes ablegare legationes, Ratio status postulat, in primis ad duas illas potentissimas *Venetam & Hollandiam*, quarum illa antiquitate & mediocri potentia, hæc Commerciis ac inde fluente opum abundantia, florentissima est. Præterit autem Republica Veneta præcedentiam præ Electoribus, unde postea idem Ius etiam legati Reipubl. essent vindicaturi. Lis est antiqua, & iam Concilio Constantiensi Bavariæ Dux de super Reipublicæ litem movit. Variæ autem sunt rationes quæ in medium pro Venetis adducuntur, antiquitas reipublicæ, possessio olim nunc vero prætentio in Regna *Cæsaræ & Cypri*, utramque paginam hic faciunt. Et sane negari non potest, Romæ utpote scholæ Ceremoniarum,

vbi adeo accurate Legati distinguuntur, Venetos regiis pares haberi, dum in Sala Regia (nella sala Regia) reliqui vero in Sala Ducum! (nella sala Ducale) audiuntur a Papa. Nihilominus strenue præcedentiam suam præ Venetis asseruerunt. Monasterii æquali cultu fuere habiti a Gallis & aliis, quod ex Wicquefortio & imprimis Puffendorf. *Histor. Frider. Wilhelmi Lib. II. §. 22.* demonstratum facile est. Ceterum non desunt argumenta ad eludenda Venetorum petita. Etenim quod (1) concernit antiquitatem & diutina possessione firmatum dominatum huius vrbs, valde dubitare licet, an mox ea Vrbs, cum terrore Attilæ Hunnorum Regis in sinu Maris Hadriatici conderetur, libera fuerit. Certe ingeniosissimus Autor libri quem *scrutinium libertatis Venetæ* vocat, contrarium multis rationibus euincit. Esto vero, Venetos antiquitatis gloria semet efferre. Certe idem de Electoribus & eorum antiquissima prosapia dicendum, quæ a multis retro seculis in summa dignitate floruit. Maxime vero facit pro Electoribus, quod illi ab antiquissimo tempore semper proximi & immediati a Regibus iudicati sint. In Ceremoniali Romano, a Paride de Grassis, Ceremoniarum Magistro sub Iulio II. P. Max. composito 1504. apparet illa obseruantia communis, quod Electoribus proxima & immediata sedes penes Reges concedatur. vid. memoriale ap. Londorp. *Tom. X. lib. XI. p. 542.* In *Ceremoniali* Christophori Marcelli Archi-Episcopi Corcyrensis Romæ 1506. edito, Electores omnibus Principibus præferuntur exceptis Regibus vid. excerpta ap. Londorp. *all. loc.* Hisce vero rationibus freti Electores præcedentiam Venetis in nullo confessu splendidiori concesserunt, quin potius illis apud multos Principes præ-

prælati. vid. Puffendorf. *Histor. Frid. Wilhelm. loc. cit. p. 69.* Ex quo vnicum illud exemplum præ multis aliis notatu dignum iudico, quod cum 1490. Romæ Capellam Pontificis præter spem intraret Legatus Venetus, & Electoris Moguntini Legato honoratiorem locum controuersum facere auderet, præsens Papa mox deciderit litem in fauorem Moguntini, documento publico in perpetuam rei memoriam insuper dans legato Electorali. Cauendum igitur Legato Electorali cum charactere representatio, ne in solennibus conuentibus, aut alias in loco tertio minimum in hisce cedat Venetis, hinc nisi certo sciat digniorem locum, titulum excellentiæ & alia consueta a Veneto legato sese recepturum esse, abstinere debet omni visitatione. Totum enim Collegium Electorale 1671. solenni pacto semet obstrinxit nulli Reipubl. præcedentiam concedere.

§. XIX. Cum igitur Respublica Veneta hac in parte frustra reluctetur Electoribus, multo minus Belgii considerati legati illud obtinere aut cum ratione desiderare poterunt. Equidem in tractatibus Pacis Osnaburgensibus, suum de præferentia præ Electoralibus desiderium mox prodebant, ast non deerat Electoralibus Legatis animus fortiter semet opponendi. Nec Belgæ gloriari poterunt quod multi actus possessorii iis in promptu sint. E contrario non desunt exempla ubi Brandenburgici Legati præ Belgis potiorem locum, iis tacentibus, occuparunt. Sic in Anglia Princeps Nassouius & Weimannus Legati Brandenburgici cum Rex Equites crearet, Nassouius proxime iuxta legatum Hispanicum collocabatur supra Belgicos. Puffendorf. *Histor. Frid. Wilhelm. Lib. IX. §. 23.* In coronatione Regis Caro-

Caroli II. vero cum Rex proponeret, ut vterque veluti priuati in æde sacra comparerent, Brandenburgici id repudiauerunt ac ad extrema rem deduci malebant, simul tamen fauore Magistri officiorum prius in facellum accesserunt, loco suo occupato, Belgis spectaculo abstinentibus. *Id. ibid.* Quinimo ista Legatio Brandenburgica maiori pompa & pluribus Ceremoniis est excepta, quam alias erga Belgos moris erat. Quid? quod ne Sabaudus quidem (qui tamen Electoribus sua sponte cedit) digniorem locum Belgis relinquere cupit. Strenue exemplum hoc sequebatur Neoburgicus cum etiam nondum Electoratum Palatinum adeptus erat. Nec minus Electorales sunt in possessione. Ad tractatus Pacis Oliuensis missus ab Electore Brand. Dn. de Houerbecq. semper prælatus fuit Legato Belgico extraordinario. Omnium vero nouissimum & illustrissimum exemplum contigit 1685. ubi Ablegatus Brandenb. Dn. de Spanheim ob solennem actum, in theatro stragulis exornato ac in gratiam Legatorum ædificato, honoratiorem locum præ Ablegatis Belgicis sibi tribuebat.

*Ceremonia
circa legationes in
Belgium fuerat.*

§. XX. Ceterum si legati Electores cum character Hagam mittendi sint, pari honore cum Regiis excipiendi forent. Quia vero Ambasiadores mittere sumptuosum nec semper statui proficuum, Ablegati extraordinarii sæpius mittuntur. Vbi hi solent a duobus Deputatis ex suo hospitio deduci ad proponendum Rheda duabus bigis, & vna, biga Equorum tracta, quas concomitantur solent currus Ablegati & ipsius amicorum. Hæ Ceremoniæ Dn. de Blaspiel, Dn. Romswinkel, Dn. De Dieft, Dn. de Ruck, & aliis Ablegatis extraordinariis Brandenbur-

burgicis sunt exhibitæ nec amplioribus Ablegati Regii gaudent.

§. XXI. Restat Respublica fœderata Heluetiorum. C
Hanc pro libera republ. æstimandam nunc esse, nullus ^q
temere inficiabitur, qui negotiorum status gnarus est. ^v
Hæc tamen intra limites suæ conditionis subsistens, nul- ^v
latenus semet immiscet ambitiosis prætensionibus quas ^E
contra Electorum præminentiam fouent Veneti & Hol-
landi. Igitur si Legati aut Ablegati Electorales apud i-
psos compareant, nullum est dubium quin Regiis sint ex-
æquaturi. Nec defunt exempla huius rei, siquidem
1672. Electorales Brandenburgicos Ablegatos Dn. Co-
mitem de Dona, & du Plessis Gouret, iisdem ceremoniis
vti Ablegatos Gallicos exceperunt. Denique cum Re-
publica Genuensi pauxillum commercii haud dubie Ele-
ctoribus intercedit, quosi vero Electorales cum huius
Reipubl. legatis in alia Aula concurrerent, illis prospicien-
dum esset, vt pari regiis honore maçtarentur ab huius
Reipubl. legatis.

§. XXII. Atque sic variis iisque illustribus exemplis ^Q
præminentiam Electorum in fruendis iisdem honori- ^{fin}
bus ac ceremoniis quibus gaudent hoc in passu Reges, ^{pl}
stabiliuimus. Et cum Galli ac Angli ipsi Neomagi facti ⁱⁿ
sint, in rebus ceremonialibus, magnum momentum ac
pondus afferre possessionem ac præscriptionem; Certe
exinde nullo negotio colligi poterit, firmitus esse hac in
parte ius Electorum, quam vt citra cauillationes & vitili-
tigia illud labefactari possit. Quod vero maximam par-
tem Brandenburgica exempla allata sint, multæ ratio-
nes suaserunt. Potissima est, quod hæc Augusta ac
Serenissima Domus a Deo multis ac diffitis nec vbique

cohærentibus prouinciis aucta sit a Rheno vsque ad Vindobonam & vltimos fines Germaniæ. Inde non potest non fieri, vt hæc domus de omnium fere Aularum Europæ consiliis simul participet. Hinc Ratio status suadet tot sumtuosas legationes suscipere, quas in tanta copia nulus alius Elector ferre aut voluit, aut fere potuit. Indè porro tanta exemplorum fœcunditas fere ex vnica ea que incomparabili Historia Brandenburgica Pufendorfiana eruta. Exempla reliquorum Electorum passim inueniuntur ap. *Kulpisium* tum & *Diarium Europæum*.

De Ceremoniis a Principum legatis prætensis historica relatio.

§. XXIII. Proximi ab Electoribus sunt Principes Germaniæ. Horum desideria æqualibus honoribus & ceremoniis fruendi cum legatis Electoralibus, immane quantum turbarunt harmoniam Capitis & membrorum & multa salutaria consilia pro bono Germaniæ suscepta irrita fecerunt. Quia vero lis bonam partem sub iudice, nec nostrum tantos componere fluctus, aut profanas manus adytis Deorum inferre, hinc contenti erimus recensione Historica & rationum politicarum, iudicio cordatis Electoribus relicto.

Continuatio.

§. XXIV. Supra iam expositum est, ante pacem illam solennem Monasteriensem anxiam Ceremoniarum curam Italis & Gallis relictam fuisse. Verum simul ac Electorum legati titulum excellentiæ sibi adsciscerent, tunc vigilare reliqui Principes, ac, quasi classicum caneretur, quilibet nescio quam curam anxietatemque circa isthanc rem præ se ferebat. Longum foret ac tædiosum litem omnem desuper Osnabrugæ ac Monasterii ortam recensere. Otium enim hic nobis fecit Furstenerius, *Cap. XLVI. seqq.* Interim recruderunt lites postea, iam remissius, iam acrius agitata. Videbantur Electores paululum re-

mi-

misisse de suo iure in sequentibus Comitibus 1653. quamuis Bauarus strenue hunc titulum suis legatis vindicaret. Verum sequenti tempore in compositione pacis Neomagensis lis fere sopita in flammam erumpebat. Occasio ab exteris Coronis. Reges enim gaudent in sinu si tali ratione Principes Germaniæ, unitos ipsis formidini futuros, committere, ac harmoniam robustissimi Corporis infringere possint. Galli diuturna felicitate armorum suorum animosiores facti in litteris salui conductus (passeports) Ministris Lotharingi datis, nomen *Legati* omiserant. Hi conquerebantur de iniuria Lotharingi, aut Galli, quo magis committerent Germanos inter se, negarunt alium titulum conuenire Principum Germanorum Ministris. Hinc litteras salui conductus Neoburgico Duci destinatas iamque in Legati Angli potestate existentes reuocabant, errore id factum causati, ut legatorum nomen irrepserit, quod Neoburgicis Ministris minime deberetur, cum a solis Electoribus, minime vero a ceteris Principibus, Legatos sint agnitori. Neoburgici hac re commoti iura sua acerrime tutabantur, nec segnus operam sociam ipsi accommodantibus Principibus Brunsvicensibus aliisque.

§. XXV. Ansam hæc res suppeditauit supra laudato Furstenerio elegantem libellum sub titulo suprematus & iuris legationem Principum in lucem emittendi. Et quia pro ea qua pollebat sagacitate, facile animaduertebat, haud leue obstaculum fore Principum in Germania multitudinem; protrahebat in lucem suprematus factum prioribus publicistis incognitum fere. Scilicet ex ipsius intentione illi Principes merentur ius legationis & ei annexa ceremonialia: *excellentiæ titulum, visitationem*

novissime advenientis, locum potio- rem visitantis apud visitatum
 Sc. qui ad fœdera pangenda ab exteris inuitantur, propriis viribus se defendere, exercitum etiam in campum educere possunt, ac ceteras juris Gentium functiones habent. Porro vrget exemplum principum Italicorum *Sabaudi, Parmensis, Mantuani* qui omnibus hisce ceremoniis fruuntur, hinc iniquum esse, vt erga solos Principes Germaniæ, antiquitate potentia & aliis præ eminentiis longe superiores, antiquus stilius & obseruantia retineatur. Verum quam speciose & politice etiam hæc deducta sint, non defuerunt tamen qui adhæc varia non minori plausu regerent. Autor *Notarum Germanopoli*, tum & Autor *Discursus Hyetopoli ad Istrum* prodeuntes satis demonstrarunt, prætenlum illum *suprematum* lubricis inniti fundamentis. Nam si potentia lus tribueret, olim vrbibus Hanseaticis vt vt plurimam partem Municipalibus suprematus vindicandus fuisset, quia fœdus pepigerunt, exercitum & classem emiserunt & sat acria bella cum Regibus Daniæ gesserunt. Imo hodie Hamburgensibus & aliis potentioribus Ciuitatibus commerciis ac opibus florentibus vt possint aliquot bellicas naues ædificare, talis suprematus concedendus foret. Principes vero Italiæ quod attinet, illi iam a longo tempore in possessione ceremoniarum harum fuerunt, & illos fructus vigilantia suæ ac curiositatis colligunt largissime, quod nec ipse Furstenerius diffiteri potest. Alias hoc manet certum, quod illi maximam partem vasalli Imperii sint. vid. Fursten. c. 51. 52. 53. *Celeb. Schurtz- fleisch. Disp. de Iure August. in Ital.*

*An Principes
 apud Reges*

§. XXVI. Igitur apud externos Reges Principes nostri nondum voti sui compotes fieri potuerunt, vt scilicet

cet

cet ipsorum *legatis si recens adueniunt prima visitatio, titulus Excellentiae, honoratior locus in domo visitati* &c. concederetur. Neomagi, vbi acriter super ista re certabatur, conf. Pufendorf. *Histor. Frid. Wilh. Lib. XV. §. 34.* Galli professi sunt, quod Cæsaris exemplum sequi vellent, Fürstener. *de supremat. p. 14.* Idem Rex Daniæ per suos Legatos proponendum curavit. Pufend. l. c. Tandem vero Neoburgicus ac Lotharingus, quia ipsis intereat Noviomagensibus tractatibus mature interesse, pertæsi harum morarum, Ministros inferioris gradus siue Ablegatos mittere decreuerunt. Nam hæc optima cautela in hoc casu esse videtur, vt, si præuideatur Legato multos scrupulos circa ceremonias mouendos esse, rem vero celerem expeditionem vrgere, tali casu *duplicibus literis credentialibus* instruatur, tunc enim si obstacula & remoræ iniiciantur, Ablegati personam induere & sic tempus disputationi Ceremoniarum impendendum redimere valet.

§. XXVII. Equidem possent hæc de legationibus Principum plenius deduci; sed quia animus est nunc ad alterum membrum nostræ Dissertationis progredi, scil. de Ceremoniis legatorum obseruandis si intra imperium illi maneant, hinc eo vsque illa reseruamus, præsertim cum fundamenta ex quibus honorem illum denegant Principibus Reges, etiam bonam partem Collegium Electorale iiscum commune habeat.

§. XXVIII. In consideratione vero Ceremoniarum quæ occurrunt apud Legatos, merito initium facimus in Imperio ipso ab Imperatore tanquam Augustissimo Capite eiusdem. Ad Imperatorem vero legati mittuntur, aut si in Aula sua ordinaria Viennæ residet; aut si ipse

in Comitibus compareat. Electores ultimis capitulationibus, conf. *Capitul. Leopold. Art. 5.* non solum Imperatorem obstrinxerunt, ut eorum legatos Viennæ omnium Rerumpublicarum (& sic etiam Venetæ & Belgii Fœderati) ut & reliquorum Principum Corona non cinctorum legatis præferret; sed & Imperator, pro ea qua est erga hoc Collegium eminentissimum indulgentia promisit, quod eorum legatos Regiis pari honore afficere velit. Cuius rei etiam multa eaque splendida extant exempla. Cum Lib. Bar. de Marenholz & Ill. Dn. Godofr. de Iena apud Cæsarem audirentur, iste *utrumque caput tegere* iussit; quod & hi fecerunt, ut tamen brevi intervallo pileum iterum detraherent. Eos supremus Mareschallus Starenbergius ad infimas scalas, dato *Excellentiæ titulo*, Porcia supremus Aulæ præfectus ad supremas scalas exceptos in anterieus conclaue deducebat; ubi supremus Camerarius Lambergius Comes eos excipiebat ac protinus de eorum aduentu Cæsari significabat. Pufendorf. *Histor. Frid. Wilhelm. Lib. IX. §. 92.* Sic Cæsaream Maiestatem suis iniunxisse, ut Electoralibus, nominatim Brandenburgicis, in congressu Neomagensi non solum *primam visitationem*, si post ipsos venirent, sed & *locum honoratiorum* in domo sua, & *excellentiæ* darent, supra ex Pufendorfio stabilitum est, & insuper clare probat *Denuement de la question Ec. §. 19.*

Principum Legati Viennæ illis Ceremoniis quibus Regii non excipiuntur.

§. XXIX. Principum Legatos cum charactere iisdem honoribus frui in Aula Imperatoria, nondum constat. Ius enim quod legati Electorum semet tegant coram Imperatore in Audientia, inter prærogativas Collegii Electoris refertur in *schedis Boineburgianis* ex Archivio Moguntino conceptis apud Bœckler. *Notit. S. R. Imp. p. 89.*

Equi-

Equidem Citel Fried. von Heerden testatur in der Grund Beste P. H. c. 6. p. 54. de Principibus ipsis, quod in superioribus Comitibus apud Imperatorem & Regem Hungariæ Bohemiæque caput texerint, coram Imperatrice vero nec texisse, nec sedisse illos, quod iussi ab eadem non fuerint, Imperatrix vero stans eos audiuerit. Cum igitur nullum exemplum huius rei adsit, haud dubie Principum Ministri in Aula Viennensi, non aliis quam Ablegatis exhiberi solitis Ceremoniis, afficientur.

§. XXX. Hæc ut satis clara sint; intricatius tamen negotium suboritur in decisionibus quæstionum Ceremonialium, si Imperator non ipse in Comitibus compareat, sed per *Principalem Commissarium*. Equidem licet Electorales serius adueniant, prima quidem visitatione, ex obseruantia Imperiali, Commissarium honorant, antea tamen explorant per certum hominem, an velit Commissarius *dextram manum in sua domo* (place d'honneur) & alia curialia concedere; si Commissarius in hac re difficilem aut morosum se præbeat, abstinent visitatione. Ceterum quæ Brandenburgicis fuere lites super Ceremoniis cum *Commissario succenturiato* siue con-Commissario, videri potest apud Pufendorf. *Hist. Brand. lib. 14. §. 57.* In conuiujs vero & reliquis actibus publicis vbi Electorales & Principales legati confluunt, solent Electorales semper maioribus Ceremoniis in sellis, & alijs gaudere. Notabilis est Relatio apud Cassandr. Thucel. *in Elect. Iur. Publ. p. 290. sequ.* de iis quæ in Conuiuio Principalis Commissarii Cæsarei contigerunt. Consistit vero præferentia Electoralium legatorum præ Principalibus in honoratiori receptione, sellis rubro serico indutis, administratione in Conuiuio ab officialibus nobilibus &c. Cum vero hæc omnia

omnia inuitis irritisque omnibus contestationibus a Commissario exacte adeo non obseruarentur, hac vice grauem inde indignationem legati Electorales testati sunt erga Commissarium Cæsareum.

*Electores
legati Prin-
cipi in perso-
na præfere-
di.*

§. XXXI. Occurrit nunc vltima difficultas in expediendis Ceremoniis, si legati Electorales cum charactero concurrant in loco tertio siue cum Principe in persona aut eius legatis, aut ad hunc mittuntur; aut denique si Principes Legatos mittant ad Electores. Constat autem inter omnes quam ægre Legatis Electoralibus honoratiorem locum Principes relinquunt. Nihilominus Electores hoc pro potissimo ex præ eminentiis Electoralis Collegii reputant. Hinc & Capitulationi Leopoldinae §. 5. expresse inferendum hoc curarunt verbis: *und den Fürsten in Person.* Quamuis etiam pactum inter Electores initum sit, vt Elector inferior si præsens sit, superioris Electoris legato præferatur; & sic etiam in Comitibus 1654. Elector Palatinus in persona præsens prælatum fuerit legato Bauarico, vid. *Crusius de Præcedent. lib. 1. c. 11. n. 11.* nullatenus tamen Principibus hanc prærogatiuam concedere animus est, quin potius in allegato Concluso super hac ré inito expresse sibi cauerunt his verbis: *Je doch siebenden mit ausbedingten Anhang, daß gegenwärtige auffgerichteter Vergleich denen Chur-Fürstlichen Gesandten, an ihrer vor andern Fürsten in Person gebührender und bi anist hergebrachter prærogativ und zustehenden tractament unabbrüchig sey.* &c. vid. *Kulpis de Iur. legat. Princ. Germ. c. XIV. §. 13.* Acriter vero huic prærogatiuæ reluctati sunt Principes, vt etiam propterea peculiare Memoriale in Comitibus 1653. exhibuerint Imperatori, quod extat ap. *Londorp. Tom. VIII, lib. 6. c. 112.* Autor de

Grund

Grund-Beste, p. 2, c. 5. p. 113. Verum quia hæc præmi-
nencia legibus publicis inserta & stabilita est, ius inde
quæsitum Electores citra dubium retinere omni nisu al-
laborabunt.

§. XXXII. Quando Electorales legati *in loco tertio* An
conueniunt cum Principalibus, videri posset quod circa p^{er}
præcedentiam nullæ lites temere essent oborituræ. Le- p^{ri}
gati enim Electorales regiis parificati fruuntur Ceremo- leg^a
niarum exhibitione consueta, de cetero ad ipsos non pro- etor
prie spectat, quomodo Reges Principum legatos excipi- do
endos velint, quia ipsorum exemplum sequi iis hono- b
rificum procul dubio foret. Verum in Conuentu Ham-
burgensi quondam sat acres super ista re disceptationes
ortæ sunt. Legatus Brunswigo-Cellensis primarius
legato secundo Brandenburgico litem mouebat super
præcedentia. vid. Kulpisius p. 410. Res vero mira visa
est Electori dicenti, daß diese prætenſion um so vielmehr un-
gegründet und neuerlich sey, weil dergleichen disput von gedach-
ten Fürstlichen Hause, uns niemahls mouiret worden, son-
dern vielmehr mit viel actibus, auch der sich noch vor wenig
Jahren in eodem loco & inter easdem personas zugetra-
gen hat, klärlich dargethan werden kan, daß ihr primus depu-
tatus unsern secundo jedesmahl und ohne einzige difficultät
gewichen. Enim vero ista lis videtur fomitem & in-
crementum sumfisse ex non obseruata distinctione
inter legatum secundum & secundarium. Etenim si
plures mittuntur cum charactere, vbi vnus primum lo-
cum occupat & loquitur coram Principe, eo ipso reliqui
non sunt secundarii h. e. inferioris ordinis, sed secundi,
dignitate vero & Ceremoniis æqualibus mañtandi, vti
apud omnes harum rerum gneros hoc in confesso est.

E

Quia

Quia igitur legatus in hoc casu secundus fuit non secundarius, non apparet quo iure aut colore iuris litem hanc mouerit Cellensis, nisi simul & primo Electorali locum honoratiorem controuersum iste facere voluerit.

*Quare Prin-
cipes Excel-
lentia titu-
lum denegent
Electoralibus*

§. XXXIII. Titulus *Excellentiæ* porro Electoralibus legatis præfracte negatur iam a tempore pacis Westphalicæ a Principum Legatis. Cum enim ibi Veneti illos gauderent, Electores non potuerunt non & suis vindicare, ne Venetis aliqua in Ceremonia aut externi honoris declaratione inferiores essent, aut hi isthac re ad præferentiam suam stabiliendam abuterentur. Verum Principales nouitati rei, vti prætendebant, valde reclamabant, quæ contradictio etiam sequentibus Comitibus 1653. durauit, siquidem Autor *der Grund-Veste*, p. 59 testatur, Electorales illos, qui *Excellentiæ* titulum prætenderint, infalutatos mansisse. Equidem quod attinet hunc titulum, fatendum est, ante pacem Westphalicam in Germania fuisse rariorem eius usum. Vti enim Ceremoniarum apparatus quantus quantus est, incunabula sua debet aliis Regionibus; ita *Excellentiæ* titulus primum in Aula Pontificis natus est, assumente illum Duce Niuernensi Legato Henrici IV. Regis Galliarum. vid. Illustr. Dn. de Rhetz. *instit. iur. publ. lib. II. tit. 23. §. 4.* ex eo tempore legatis Regum vindicatus est, in Germania vero communis est *Ducibus exercituum* eorumque legatis *Guigilum præfectis summis*; imo & aliis tribui notat Feltmannus *de Titul. Honor. cap. 48. n. 10.* quotidiana experientia confirmatus, cordatiorum quolibet ex hac classe interim eum declinante. Ceterum Principes nunc remisisse videntur de illa duritie; nam testatur Kulpisius *land. libr. c. 16. §. 19.* nullum Principis legatum negari, ex-

extra Imperii Conuentus missis legatis Electoralibus excellentiam deberi, sicut nouissimo etiam Neomagen-
 sis pacis congressu eam a Cæsareis æque Regumque le-
 gatis accepissent; ast in *Comitiis* difficultates propterea
 moueri, quia formulis Ceremoniarum heic receptis non
 conuenire arbitrentur, a quibus recedendum non sit. Ve-
 rum illa ratio nimiam & ad peruicaciam vsque radica-
 tam patrii moris religionem sapere videtur. Cum e-
 nim Ceremoniarum apparatus nunc aliam faciem indue-
 rit in Europa, quid causæ esset, vt in solis Comitiis ille
 stylus priscus adeo sancte esset obseruandus, præsertim
 cum non par religio circa alias leges publicas, vtut sa-
 lutares, obseruandas, hætenus conspecta sit.

§. XXXIV. Ex eo fonte etiam fluere videtur, quod *An*
 ægre ferant legati Principum, si Electores *recto capite* *pit*
 illos audire cupiant. Memorabilem disceptationem e-
 narrat autor der Grund-Beste p. 2. c. 6. daß als auff dem jung-
 sten Regenspurgischen Reichs-Tag der Cursfürst B. C. die *res*
 Audiensien denen Chur- und Fürstlichen Gesandten mit be- *Pr*
 deckten Haupt zugeben begunte, nicht allein die meisten da- *aud*
 von geblieben, sondern auch einige Chur-Fürstliche, da ih-
 nen solches begegnete, zu ebenmæssigen Hut auffsetzen, der
 Chur-Fürst aber durch solche retorsion, seine angemaste Weis-
 se gegen sie zu endern, so bald bewogen worden. Quod ve-
 ro attinet ad hunc locum, profectus ille est ab Auto-
 re qui nimium studium in Principes sat manifeste sæpi-
 us testatur, hinc & sub ficto nomine latere voluit, licet
 notum nunc sit & ipsius nomen & Consilarii Ducalis
 Saxonici dignitas. Esto vero contigisse hoc cum Ele-
 ctore Coloniensi, (nam hunc indigitat) certe ille nil de-
 siderauit quam quod ex stilo hodierno Ceremoniarum
 ipsi debetur. *Textit, inquis, caput. Ita est. Sed & Re-*

ges caput tegunt si legatos audiunt. Electores dignitate Regibus pares habentur. Atqui, pergis, Legati Electorum iterum caput texerunt. Bene. Nam si legati fuerunt, hoc iis licuit, Si permissum est coram Cæsare caput tegere, vti exemplis recentissimis euictum est quare non coram Electore. Elector tamen, instas, his repressaliis permotus, hunc morem tegendi caput prætersum omisit. Valde dubito. Neque enim Electoris dignitas læsa quod legati caput texerint cum ab ipso audirentur, faciunt hoc coram Cæsare, coram plerisque Regibus Europæ. An vero Principum legatis Elector etiam ius tegendi concedere potuisset, salua tua præ-eminentia, de eo dubitare liceat.

*An legatis
Principum
Rheda sex
equorum vti
liceat?*

§. XXXV. Cum vero Principes adeo studeant legatos suos parificandi Electoralibus; hi vero præeminentiam a multis retro seculis quæsitam, & hoc tempore firmissime stabiliendam conseruare non solum, sed & augere, gestiant, non est mirum quod & in puncto Carpentorum lis quædam orta sit. Hinc quæsitum fuisse memini, an *legatis Principum liceret in Comitibus & conuentibus vti carpento tribus bigis equorum tracto?* Non videtur quæstio de nihilo, cum omnino hæc in Aulis sollicitè obseruari soleant, & adsunt exempla, quod legatis Rheda 6 equis superbiente arcem Cæsaream intrare volentibus quatuor a milite prætoriano adempti sint, relicta biga. Nec obstat quod Marphorius Romæ aliquando exclamauerit: *O miram metamorphosin, bruta confundunt homines!* Putarunt autem Principum legati, Electorales se vix hic in præscriptione & antiquo vsu fundare posse, quia Rhedarum vsus demum superiori seculo in Gallia primum vigere cœpisset, dum, teste Thuano, Primarius quidam Minister Aula

ob

ob obesitatem ex necessitate curribus vsus fuisset; in Germania vero Hortlederum in libro de caus. belli German. de anno 1520. vsque 1547. semper mentionem facere quod Principes & alii tunc Equis vecti sint. Verum hoc rem non conficit. Electorales enim propterea tres bigas Equorum legatis Principalibus concedere citra dubium nolunt, quia tali ratione in hoc passu iis parificantur, interim conferatur Autor quæst. ob bey allgemeinen Conuenten und Zusammenkünfften die Fürstliche Abgesanden mit 6. Pferden fahren können? ap. Casandr. Thucel. *Elect. Iur. publ.* p. 312. seq.

§. XXXVI. Ob hanc igitur Principum renitentiam ^{Qu} in largiendis Ceremoniis quibus alias Electorales apud ^{For} ipsos Reges afficiuntur; puto paucis Electoralibus Aulis, ^{gat} ubi Ceremoniæ exacte, vti par est, obseruantur, placere, ^{mit} legatos cum charactere ad Principes Germanicos mitte- ^{Pr} re, nisi forte sciant certo, plenum honorem iis exhibitum ^{Imp} fore. E. gr. Vltimus Administrator Dux Augustus, felicis recordationis, Brandenburgicis legatis Dominis de Platen & de Iena in solenni homagio ab ordinibus Magdeburgi facto 1666. tum & Halæ super mensa, priorem vel honoratiorem locum concessit. Cum igitur loco legatorum cum charactere Ablegati extraordinarii tantum mittantur, hi, quia non præsentant Electorem, facilius Principi honoratiorem locum relinquunt. De cetero iisdem Ceremoniis quibus Regii, a Principe, ad quem mittuntur, sunt accipiendi.

§. XXXVII. Vti vero Electores raro Legatos cum ^{Pr} Charactere mittunt ad Principes ad difficiles & morosas ^{Ab} ceremoniales disputationes amputandas; ita vicissim ^{quo} Principes, qui alias etiam hoc ius nouissime demum ex- ^{cip} ^{Ele}

ercere, quamvis non sine acri contradictione, cœperunt, cauti sunt, ne Legatos ad Electores mittendo politice impossibilia fere petita ingeminare necesse habeant. Interim ex Pufendorffii *historia Brandenburgica* hisce politicis actis refertissima constat, voluisse Sereniss. Electorem Brandenburgicum ex incredibili propensione ad amicitiam cum vicinis colendam, & quia figura & facies ceremoniarum ab aliquo tempore immensum aucta esset, aliquantisper condescendere quasi de iure quaesito remittendo, ac Principibus eousque gratificari, ut Ambasiatores sui legatis Principum titulum Excellentiae, ut & superiorem locum in suis domibus, tanquam hospitibus passivis concederent. Permovebat ad hanc benevolam declarationem Electorem, partim quod Neuburgici Ducis legato in Polonia idem honoris genus exhibitum, partim quod Sabaudiae Duci non largiora concessa fuissent. Verum tantum abfuit ut Principes hisce pro suis legatis contenti fuerint, ut potius omnem Ceremoniarum apparatus iis vindicatum cuperent; verum hoc Electorales, ad paritatem inde resultantem & hinc priuationem splendoris Collegii Electoris eiusque praerogativarum praeter Collegio Principum, nunquam concessere. Nihilominus quia ratio status saepius iubet de alterius opera sollicitum esse, hinc saepius Ablegati mittuntur ad Electores, qui apud nonnullos tantum una Rheda cum tribus bigis Equorum, comitante Aulico Cubiculario, adducuntur in arcem.

*Difficultas
Ceremoniarum
ius tra-
standis inge-
ritur.*

§. XXXVIII. Hæc sunt primaria capita de quibus acres lites inter summos saepius Ministros exoriuntur. Notandum non est tantos componere fluctus motusque. Interim non possumus non fateri, imo potius dolere, et-

iam

etiam *inania Ceremoniarum*, (vti in Germania ante seculum adhuc reputabantur) inter causas esse, ob quas harmonia Imperii, (Imperii, inquam, quod olim hostibus suis formidini, sociis præsidio, ciuibus gloriæ erat) satis alias conturbata & læuis vndis exposita, indies magis ac magis concutitur & collabascit. Ceterum in genere circa ceremonialia notandum est, multum hic tribui speciali fauori mittentis, & nouæ amicitiae aut excolendæ aut restaurandæ; nec minus habilitas ac aptitudo Legati aliquas difficultates eluctatur; interdum & politica audacia difficultates ceremoniales magis sæpius rumpit quam soluit. Prudenter hinc annotat Kulpisius *sæpius laudato lib. de Iur. Legat. c. XV. §. 1.* quod Ceremoniarum apparatus in perpetuam vnicamque vbique observantiam nondum penitus subsederit. Neque enim est populus, quin aliqua huius generis sibi propria retinuisse, inter argumenta magnitudinis existimauerit, qualia suæ postmodum Aulæ consuetudini insinuare, ne minores videantur. Alii, non desinunt quidem prorsus, variis tamen schematibus inducunt solerter immutantque figuris. Vnde nunquam desunt nouitates, nostra præsertim ætate, qua ad confusionem vsque variabile est ac mutabile huius generis artificium, ex quo priuata ambitio veluti mimica æmulatione moris publici, rerum discrimina & formas multis modis immutare, interpretari, attollere, figurare ausa est, atque ita Aulicis inueniendi noua, ornandi subtilia, communia explicanti, occasiones & causas præbuit; ad hos enim proprio pertinuisse hætenus credita est subtilitas ista siue curiositas, quadam veluti traditione ac vsu continuo ad sui cultores propagata, quæ nunc in partem altioris disciplinæ & ad ipsa negotia Regni, ad Principum autoritatem, & ad negotiorum decus spectantis, computari, nec minus ac ipsa rerum momenta, annotari publico stilo consuevit. Conf. Boecleri *Dissert. de Elegantiâ Moris Ciuilibus & Aulicis*. quibus verbis eo lubentius finimus, quo certior nos alit spes, fore, vt B. Lector conatum nostrum in hisce arduis & lubricis excusatum habeat, si pro delicata rei indole minus accurate tractationem forte adornauimus.

COROLLARIA.

I.

Ceremoniæ in vita Ciuili adhibitæ ad decorum pertinent. Decorum vero est, si illos homines nostræ conditionis, qui pro præstantissimis & excellentibus reputantur; imitari studeamus in illis rebus quæ legibus neque mandata neque prohibita sunt.

II. Decorum præsupponit socialitatem & sic se fundat in relatione ad alios homines. Interim quo maior amicitia eo maior æqualitas; quo maior vero æqualitas, eo minus decorum obseruandum est. Igitur qui in summe intima amicitia & mutuo ardentissimo amore viuunt, decorum non obseruant.

III. Decorum abfuisse in statu Integritatis, probabile existimo.

IV. Actiones quæ per se non repugnant Legibus amoris & iustitiæ, ac *indifferentes* vocantur, de iis generaliter quæri non potest; an sint licitæ nec ne? sed *quibus hominibus sint licitæ nec non?*

V. Absque respectu decori de Iustitia actionum talium in se non illicitarum, si quærat; nemo melius ad ipsas respondere poterit, quam ipse quærens, cum iustum & iniustum faciat sola intentio.

VI. Sic saltat Dauid licite, quia in honorem Dei saltat: saltat illicite, qui intenderit excitare amorem Amasiæ, aut laudem vanam ob vanam actionem.

VII. Minus apte propterea in eiusmodi actionibus quærimus aliorum consilia, an v. c. *Possimus ludere, saltare &c. salua conscientia?* Alter nescit enim intentionem nostram. Et tamen toto die deprehendimus eiusmodi impertinentes responsiones ad has quæstiones apud illos, qui *casus conscientie* conglomerarunt.

VIII. Ceremoniæ siue ritus Ecclesiastici, qui per se nil faciunt, re vera ad solidum siue interiorem cultum diuinum, Principis liberrimæ dispositioni subiacent.

